AB 3255

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450003-p0001-8

zu 00 85

O.i. 840 (1–101).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450003-p0002-3

# THESES DE SVBSTITV=TIONIBVS,

QVAS, DIVINA FAVENTE GRATIA,
PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSVLTISIMIS-
que viris D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D.
Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fiſco, in
florentiſſimo Iuriſconſultorum apud Agrippina-
tes Collegio, pro inueterata ac lauda-
bili conſuetudine publi-
cè defendet

GVILHELMVS A DORNE
DANTISCANVS

*Anno reparatæ ſalutis CIↃ. IↃ. LXXXXII.*
*III. Calend. Auguſti.*




COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

I

66

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450003-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450003-p0004-5

# CONTINVATIO.

*INſtitutio fit aut primo gradu de quo hactenus dictum eſt: aut gradu ſecundo & tertio, atque ita deinceps, quæ ſubſtitutio vocatur, de qua nunc agemus.*

l. 1 h. t. VVeſ. ad rub. Inſt. de vulg.

## THESIS I.

*Subſtitutio eſt inſtitutio heredis in ſecundo vel vlterior gradu facta.*

l. ex facto 43. §. Lucius h. t. Gaius 2. Inſt. 4. Vlp. tit. 22. §. 29. Duar. cap. 1. h. t. VVeſ. in parat. ff. h. t. nu. 2. Vult. 1. Iuriſp. Rom. c. 73.

## II.

*Eſtq; aut pagana aut militaris.* (a) *Pagana, quæ fit certis obſeruationibus adhibitis:* (b) *Hæc rurſum aut eſt vulgaris, aut pupillaris.* (c) *Vulgaris eſt, quæ fit ætati cuiuis tàm puberi, quàm impuberi, & heredi tàm ſuo, quàm extraneo,* (d) *imò etiam ſeruis proprijs.* (e)

(a) ſic diuidi poteſt ad exemplum teſtamenti (b) arg. l. fin. in pr. ibi communi, licito, & conſueto ordine obſeruãdo, C. de inoff. teſt. Vult. de teſt. ord. fol. 97. (c) per rub. ff. & Inſt. h. t. VVeſ. in para. ff. h. t, nu. 3. (d) Gaius 2. Inſt. tit. 4. §. 1. Vlp. tit. 23. §. 6. (e) arg. l. quamuis 4. C, h. t. Mynſ. ad pr. Inſt. de vulg. nu 12. Vult. d. lo. fol. 239. Vigl. d. pr. nu 8.

## III.

*Fit autẽ vulgaris ſubſtitutio hoc modo: ſi inſtitutus heres nõ erit, Titius heres eſto:* (a) *& verba, ſi heres nõ erit, accipienda ſunt primò, ſi noluerit aut nõ potuerit,* (b) *ita vt vno caſu expreſſo extenſio fiat ad alterum:* (c) *deinde intelligenda ſunt, ſi alium heredem non fecerit.* (d)

(a) In pr. Inſt. de vulg. l. 1 h. t. (b) l. 3. C. de hered. inſt. Vult. 1. I. R. 73. (c) l. Titius 25. §. Lucius. de hered. Inſt. l. vlt. C. de poſth. hered. inſt. Zaſ. tract. de vulg. ſubſt. verſ. primus effectus. Ferdinan. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 2. § 11. nu. 31. Contrarium tenet Polit. de vulg. num. 95. & ſeq. Duar. h. t. cap. 9. qui tum demum id verum eſſe putat, cum voluntas teſtatoris apparet. (d) l. ſi paterfamiliâs 40. de hered. Inſt. §. vlt. Inſt. de vulg. ſubſt.

## IIII.

*Hinc oritur quæſtio, an ſubſtitutio hæc iure tranſmiſſionis, itemq; Iure accreſcendi potior ſit: prius nego,* (a) *poſterius affirmo.* (b)

(a) l. vn. §. cum aũt §. in nouiſſimo, Ibi, niſi in quibuſdam perſonis. C. de Cad. toll. Balduin. in pr. de vulg. n. 15. Duar. h. t. cap. 10. fol. 505. Contrarium tenet Polit. n. 94. de vulg. Gom. tom. 1 reſol. 3. cap. n. 25. Zaſ. d. t. verſ. Tertia ſpecies. (b) Balduin. d. lo. num. 16. Duar. lib. 2. de Iur. accreſ. cap. 16. Gomez. d. lo. n. 26. Polit. nu. 124. de vulg.

## V.

*Denique prædicta verba in filio cum effectu accipienda ſunt, ſi ſe non immiſceat:* (a) *nec tamen per hanc filio ſuitas perit.* (b)

(a) l. 1. §. qui ſunt, ſi quis omiſ. Et abſtentio repudiationi comparatur, l. pro herede 20. §. pen. de acquir. her. l. nã nec 89 de leg. 1. Cuiac. 2. ad Afric. fol. 31. Contra Donell. 6. com. 24. fol. 81. n. 40. Et cap. 26. in fin. (b) Zaſ. tr. de vulg. verſ. ſecundus effectus. Gomez. tom.

1. reſ.

1.reſ.c.3.nu.15.Corraſ.1.Miſc.2.Mynſ.ad pr.de vulg. Contra Alex.latè ad l.ſi filius. . . . . & poſth.nu.3.Bart.ibid & Dd.communiter.

## VI.

*Porrò plures in vnius locum, vel vnus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum locum poſſunt ſubſtitui, vel invicem ipſi qui heredes inſtituti ſunt:*(a) *qui caſus poſterior, breuiloqua vulgò appellatus, peculiare ſubſtitutionum genus non conſtituet.*(b)

(a)§.1.de vulg.& ibid.Hotom.(b)Vigl d.§.1.de vulg.nu.5. Donell.6.com.iur.cap.23. fol.79.nu.30.Duar.h.t.cap 8.

## VII.

*Quod ſi ex diſparibus partibus, ijſque non adſcriptis, heredes inuicem ſubſtituti ſint, ſuccedunt pro rata partis hereditariæ.*

§.2.Inſt.de vulg.l.ſi plures 24.l.coheredi 41.§.1.h.t.l.1.C.h.t.vid.Vigl. & Mynſ.ad d. §.2.de vulga.

## VIII.

*Coheredi verò ſubſtituto ſi alius ſubſtitutus datus fuerit, ſine diſtinctione ad vtramq; partem,*(a) *idq; iure ſubſtitutionis*(b) *admittitur.*

(a)§.ſed ſi 4.Inſt.de vulg.l.ſi Titius 27.h.t (b) d.l.ſi Titius & ibi Alex. & Iaſ. Vigl. VVeſ.Mynſ.d.§.ſed ſi.Duar.cap.10.h.t.fol.513.Contra Polit.de vulg.nu.108.qui primam partem iure accreſcendi ſubſtitutum conſequi affirmat.

## IX.

*Effectus vulgaris ſubſtitutionis eſt, quod, herede nõ adeũte, ſubſtitutus admittatur,*(a) *ac per eam ipſi teſtatori immediatè, non heredi inſtituto, cui fit, ſuccedatur,*(b) *denique quod teſtamentum & omnia in eo contenta poßint accipere vires à ſolo gradu ſubſtitutionis vulgaris.*(c)

(a)l.1 h t.l.3.C.de hered.Inſt.(b)In pr.Inſt.de pupil Duar.ca.10.fol.512. Gomez.tom. 1.c.3.nu.14.(c)l.1.§.fin.Et ibi Cuiac.Gothofr. de lib. Et poſthum.l.ex facto 43.§. Lucius 2 h t.Zaſ.de vulg verſ.quintus effectus.Donel.8.comment.29.fol.326.nu.40. & fol.327. nu.10.& ſeqq.4.Gomez.d.loc.

## X.

*Expirat hæc ſubſtitutio, ſi hereditas adita ſit:*(a) *quamuis in minore 25. annis reſtitutione in integrum conualeſcat.*(b)

(a)l.7.in pr.de acquir.hered.l.poſt aditã, C.h.t. Mynſ.in pr.de vulg.n.9. & 10. (b)l.ex contractu 44.vbi Bartol.& gl.de re iud.l.2.§. ergo etiam h.t.Coſtal ad l. ait prætor §.ſed quod. De minor.Ant.Fab.3.cõiect.4.Diſſentit Cuiac.ad d.l.ait prætor §.ſed quod.Duar. cap.10.fol.507.

## XI.

*Ius tamen ſingulare receptum eſt in ſeruo alieno, quem quis patremfam.arbitratus heredẽ ſcripſerit, eiq; ſubſtituerit, hîc.n. inſtitutus & ſubſtitutus concurrunt,*(a) *ac hereditatis ſemiſſes fiunt, aſſe inter dominum inſtituti heredis & ſubſtitutum æquis portionibus diuiſo.*(b)

(a)§.fin.& ibi Cuiac.de vulg.l.ſi paterf.40.cum ſeq.de her.Inſt.(b)d.l.40.& ibi Cuia. cum ſeq.Vigl.Mynſ.VVeſ.d.§.ſi.Connan.10.com.7.n.4.Donell.6.comm.24.p.83.n.29.

In con-

## XII.

*In concurſu verò ſubſtituti & fideicommiſſarij heredis ſubſtitutum præferimus, niſi vel ab inſtituto adita ſit hereditas, vel à ſubſtituto repetitum ſit fideicommiſſum.*

l.ſi patroni filius 55 §.2.Et ibi Dd.ad Trebel.l.poſt aditam,C.h.t.l.facta 63.§. Iulianus 13.ad Treb.l.non iuſtam.C d t.Gomez.tom.1.reſol cap.3.num.8. Anton.Fumæus.tr.de ſubſt.nu.31.

## XIII.

*Ex prædictis duplex oritur quæſtio: 1. an pater adiens hereditatem filio delatam, recuſante eã filio, ſubſtitutũ excludat:*(a) *2. an fiſcus excludat ſubſtitutũ, cum inſtituto vt indigno aufertur hereditas:*(b)*& vtrobique negatiua placet.*

(a)arg.l.vlt.§.1.C.de bon.quæ lib.iunct.l.nemo plus,de R.I.Donell 6.com.24.fol.84.nu.30.& ſeqq.Contra Duar.h.t.c.10. fol.503. Zaſ. de vulg.verſ. in ſecundo caſu. (b)Balduin ad pr. Inſt.de vulg. n.12. Duar.d.c.10.fol.504. Zaſ de vulg. verſ. in quinto genere. Polit.latè de vulg.num.72.& ſeqq.Contra Connan.10.com.7.num.5.in fin.Anton.Fumæ. d.tr.nu.23.

## XIV.

*Hæc de vulgari. Sequitur pupillaris, quæ moribus populi Rom. nõ Lacedæmoniorum introducta,*(a)*ſit tantùm liberis. Eſtq́; duplex, vera pupillaris, & quaſi.*(b)

(a)Vigl.§.1.in fin.de pup.Emanuel Zoarez.in addit. ad Gomez.1.reſol.cap.4.in prin. Contra Dd.in pr.de pup.& l.2.vbi gl.h.t quos ſequitur Vaconi.à Vacuna.4. declar.cap.62.nu.2.& cap.63.Gomez.d.lo.(b)Vult.1.I.R.c.73.& de vlt.volun.h.t fol.240.

## XV.

*Vera pupillaris eſt ſubſtitutio facta liberis impuberibus in poteſtate exiſtentibus,*(a)*& poſt mortem teſtatoris ſui Iuris futuris,*(b)*tàm poſtumis, quàm natis,*(c)*tàm exheredatis quàm inſtitutis,*(d)*tàm ſingulis quàm nouiſsimo,*(e)*in hunc caſum, ſi heres non erit, vel erit & intra pubertatem deceſſerit.*(f)

(a)In pr.Inſt.de pup l.2.in pr.h.t.(b) d.pr.& d.l.2. (c)§ non ſolum,de pup.d.l.2. (d)d.§ non ſolum,l.1.§.2 eod (e)§.vel ſingulis de pup.l.ſi pater.25.l.vel ſingulis 37.h t.(f)d.pr.de pup.l.1.§.1.h t.§.vlt.de pupil.

## XVI.

*Excluduntur ergò ab hac definitione emancipati, ſpurij, naturales,*(a)*niſi legitimentur.*(b)*Tempus autem vtrumque tàm mortis quàm facti teſtamenti requirimus, vt pupillus in poteſtate eſſe dicatur.*(c)

(a)hi enim oẽs non ſunt in poteſtate. Contra Fum.n.37.d.tract. qui naturali filio à patre pupillariter ſubſtitui poſſe exiſtimat (b)§.fin.de nupt.(c)l.coheredi.41.§.2.h.t.Polit.de pupil.nu.21.Duar.h.t.cap.14.fol.516.Donel.6.com.25.fol.88.nu.20. Vigl.in princ.Inſt.de pup.nu.7.Contrarium tenet Fumæ.d tr.nu.44.

## XVII.

*Vt autem pupillares tabulæ valeant, neceſſe eſt, vt pater ſibi prius faciat teſtamentũ, deinde filio ſuo impuberi: vnde etiam pupillare teſtamentum pars & ſequela paterni dicitur, vt ſi patris teſtamentum non valeat, nec filij ſubſiſtat:* (a) *quod tamen ius hodie ſublatum eſſe videtur.*(b)



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450003-p0007-1

(a)§. liberis,§.5.de pupil.l.2.§. prius.l qui plures.38.in fi.h.t. (b)auth.ex cauſa. C.de lib. præter.Duar.cap.14.in fin.Donell.6.com.25.p.91.nu.20.Vigl.Mynſ.d.§.liberis.

## XVIII.

*An verò hîc ſcripturæ ordo neceſſarius ſit, magna Dd. eſt pugna: & cum exheredato ſubſtituitur, eum ſeruandum eſſe putamus.*

l.2.§.prius & ibi Bartol.h.t.Donel.6.com 25.fol.90.Vult.de pup.fol.263.Hotom.ad §. igitur.de pup.Contra Vigl.Mynſ.ad §.liberis de pup. aliter diſtinguit Duaren. cap. 14. fol.518.

## XIX.

*Præterea ad ſubſiſtentiam pupillaris teſtamenti etiam requiritur, vt patris hereditas ſit adita: (a) nec ſuitas tabulas pupillares ſuſtinet: (b) vnde hîc duo quodammodo teſtamenta eſſe patet, alterum patris, alterum filij, aut certè vnum teſtamentum duarum hereditatum. (c)*

(a)l.2.§.1.l.ſed ſi plures 10.§.4.h.t.(b)arg.l.2.§.1.h.t.Duar.c.14.fol.521. Vigl.§.1.n.21.h.t. Diſt. Donel.6.com.c.25.fol.91.n.50.& 26.cap.in fi.Vult.de pup,fol.265.& ibid.Mynſ.in pr.n.10.(c)§.igitur.de pup.l.patris & filij.20.vbi Dd.l.2.§.prius,h.t.

## XX.

*Effectus pupillaris ſubſtitutionis eſt, quod ſubſtitutus in omnia bona pupilli ſuccedat, ſive ea à patre ſive à matre quæſita fuerint: (a) quod tamen ceſſat in milite, (b) & in arrogati pupilli bonis. (c)*

(a)In pr.Inſt.de pup.l.ſed ſi plures 10.§.ad ſubſtitutos h.t. (b) vide d.§.ad ſubſtitutos, (c)l.ſed ſi plures §.in arrogato,l.ſi arrogator 22.in fin.de adoption.

## XXI.

*Hic difficilis emergit quæſtio, vtrum ſubſtitutio pupillaris excludat matrem à ſucceſſione filij: quod ſine diſtinctione expreſſæ, (a) & tacitæ (b) pupillaris affirmo.*

(a) cum communi, Iaſ.ad l.2.nu.30.h.t.Gomez.de pup.n.7.(b) l.Lucius 45 h.t.Connan.10.comm.8.nu.13.Vigl.ad pr.de pup.nu.16.Donell.ad l.precibus, C.h.t. & 6.com. 26.fol.94.num.50.Vaud.1.var.quæſt.44.Contra Bartol.in l.centurio. Et in l.2.h.t. Alex. in l.fin.C.de Inſt.t.& ſubſt. Zaſ.tr.de pup.verſ.ſed quid de tacita.Gomez.tom.1.reſol. cap.4.nu.8.Fumæ.d.tract.nu.55.

## XXII.

*Finitur pupillaris ſubſtitutio pubertate, quæ in maſculis eſt 14. in fœminis 12. annorum, (a) imò etiamſi minus tempus expreſſum ſit: eo enim adueniente expirat, (b) ſin verò maius, poſt pubertatem ne ex cauſa quidem fideicommiſſi defendetur. (c)*

(a)§.maſculo Inſt.de pup.(b)l qui plures 38.§.1.h.t.Donell.6.comm.25 p 89. num.50. (c)l.in pupillari 14.h.t.§.fin Inſt.de pupill.Bartol.in l.centurio 15.h.t.Cuiac.11.obſer.25. & 12 obſer.27.& 17.obſer.26.Vaud.2.var quæſt 11.Fumæ.d.tr.num 77.Vigl. Mynſ.ad §. fin de pup.Duar cap.23.p 541. Contra Donell.6.comm.25 p.89,nu.50. Gomez.var.reſ. tom.1.cap 4.nu.6.& ibi Eman.Zoarez.

*An au-*

## XXIII.

*An autem pupillaris ætas in maſculis ſic conſtituatur ad 14. vſque annum, in fœminis ad 12. vt neceſſe ſit non modo finem horum annorum, ſed etiam ſubſequens anni principium pertingi, quò pupillaris ſubſtitutio euanuiſſe cenſeatur, non levis eſt pugna: & verius eſt eo ipſo momento, quo puberes teſtandi ius conſecuti putantur, hanc ſubſtitutionem interire.*

l. qua ætate §. qui teſt. fac. poſſ. Accurſ. in l. 2. Bartol. in l. in pupillari h. t. Vigl. d. §. maſculo. Contrarium tenet ad h. §. Aretin. quem ſequitur Balduin.

## XXIV.

*Atq; hæc eſt vera pupillaris. Quaſi pupillaris eſt ſubſtitutio, quæ fit liberis mente captis puberibus,* (a) *& impuberibus,* (b) *furioſis,* (c) *prodigis,* (d) *fatuis,* (e) *non naturalibus tantum,* (f) *vt nec ſurdis & mutis,* (g) *hac ratione vt legitima eis portio, & quidem tota* (h) *relinquatur.*

(a) §. qua ratione. Inſt. de pupill. l. humanitatis 9. C. h. t. (b) d. §. qua ratione, & ibi Mynſing. & Vigl. Duar. h. t. c. 19 Contra Bartol. in l. ex facto 43. h. t. (c) arg. l. vlt §. 8. C. de curator. iuncta. d. l. humanitatis Donell. 6. com. 27. fol. 97. nu. 50. (d) furioſo enim æquiparantur. Duar. Mynſing. d. lo. Zaſ. de exemp. (e) d. l. humanitatis. Zaſ. d. lo. verſ. Tertia particula. (f) quod in patre procedit. Duar. Zaſ. d. lo. Contra Mynſ. d. lo. nu. 6. Fumæ. d. tr. nu. 65. (g) d. l. humanitatis quę non loquitur de ſurdis & mutis. Cuiac. in par. C. h. t. Donell. d. lo. fol. 98. nu. 10. (h) d. l. humanitatis. Donell. d. lo. p. 99 vide etiam Duar. h. t. c. 20 in fin.

## XXV.

*Poßunt autem hôc modo ſubſtituere parentes vtriuſque ſexus,* (a) *non filius patri,* (b) *hoc quidem ordine vt primò ſubſtituant liberos eorum, quibus fit hæc ſubſtitutio, vnum vel certos vel omnes, quorum ſi nulli extent, fratres & ſorores, deficientibus aũt & his, quemuis alium.* (c)

(a) d. l. humanitatis. Mater verò non aliter, ſi non tranſierit ad ſecunda vota. Bart. d. l. ex facto verſ. quod ſi mater. (b) d. l. humanitatis, vbi in hoc caſu, mentio filij non fit, ac indecorum eſt à filio patrem regi. Duar. Zaſ. d. lo. (c) d. l. humanitatis in fin.

## XXVI.

*Extinguitur hæc q; pupillaris ſubſtitutio defectu morbi aut furoris, ſicut vera pupillaris defectu ætatis.* (a) *Quid verò ſi filius mente captus reſipuerit primo, deinde in eandem alienationem mentis reciderit, evanuiſſéne ſubſtitutionem dicemus? nos cum doctißimo Donello* (b) *diſtinguendum putamus.*

(a) l. ex facto 43. in pr. h. t. (b) d. lo. p. 99. nu. 50. vid. de hac re etiam. Zaſ. de exemp. verſ. ſeptima particula.

## XXVII.

*Reſtat militaris, quam Dd. malè compendioſam vocant:* (a) *fitq; vltra pubertatẽ vel expreßè* (b) *ad certum tempus, ſi filius intra 25. annum deceſſerit, vel tacitè ſine certo tempore, quandocunque filius deceſſerit:* (c) *quæ poſt pubertatem etiam directò valet, licet mater ſit in medio.* (d)

(a) Donell.

(a)Donell 6.com.23.fol.79.nu.10. VVeſ. in parat.h.t.num.7. Duar.2. diſp.7. Contra Zaſ.de compend & alios.(b)l.centurio 15.h.t. (c) l.precibus C.h.t.l. miles ita 41.de teſt. mil.(d)per d.l.centurio & l.precibus.Donell ad d.l.precibus num.10.& ſeqq.Duar.c.23. h.t.Contra Cuiac.11.obſ.25.in medio.Polit.de compend.num.20.Zaſ de compend.verſ. Nunc ad tertium.Mynſ.§.fin.de pup.nu.4.

## XXVIII.

*Filius autem vel ante pubertatem vel poſt eam decedit: ſi ante, bona tàm patris quàm filij ſubſtitutus capiet: ſi poſt pubertatem, patris duntaxat cum fructibus inuentis in hereditate.*

d.l.centurio.d.l.precibus. Duar.d.cap.23.Donell ad d.l.precibus.num 9.

# COROLLARIA.

## I.

*An ſubſtitutio directo codicillis facta in vim fideicommiſsi ſuſtineatur? affir.*

l.Scæuola.76.Ad Treb.& ibi Dd.communiter.Mynſing. VVeſ.ad §.codicillis. Inſt. de codicil.Contra Vaud.2.var.quæſt.12.

## II.

*An pupillaris ſubſtitutio lege Cornelia confirmetur? Et cum Iuliano in. l.lex Cornelia. 28.h.t.diſtinguendum cenſemus.*

Cuiac.15.obſ 17.Anton.Faber 3.coniect.9.

153255

AB: 153255

(X 22039 98)

K

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450003-p0011-3

De Legat. et Testamentis [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450003-p0012-9

# THESES DE SVBSTITV=TIONIBVS,

QVAS, DIVINA FAVENTE GRATIA,
PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSVSLTISIMIS-
que viris D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D.
Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fiſco, in
florentiſſimo Iuriſconſultorum apud Agrippina-
tes Collegio, pro inueterata ac lauda-
bili conſuetudine publi-
cè defendet

## GVILHELMVS A DORNE
DANTISCANVS

*Anno reparatæ ſalutis CIↃ. IↃ. LXXXXII.*
*III. Calend. Auguſti.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450003-p0013-4